

BX 11172

ciales Synodi, Præsides Seminariorum, Theologi et alii presbyteri, unusquisque juxta prioritatem ordinationis suæ. Sciat vero unusquisque se, hac de causa, nullum jus acquirere nec antiquum perdere. In quocumque enim ordine unusquisque sedeat, jura illius salva esse vult Synodus. Ut concilium feliciter ad finem perducatur, nemo, qui huic Synodo adesse tenetur, ab urbe discedat, quin causa discessus approbata, et facultas abeundi a nobis concessa sit. Enixe rogamus omnes fideles præsertim in urbe nostra degentes, ut Ecclesiam hanc Metropolitanam, durante concilio, frequentant, Deumque in divina Eucharistia humiliter orient, ut voluntas divina cognita sit, et in omnibus impleatur.

### DECRETUM III.

#### *De professione Fidei.*

Quum fides initium sit et fundamentum salutis, nobisque persuasissimum quod, "sine fide impossibile est placere Deo." (Heb. ix. 6.) Sacrosancti Concilii Tridentini decretis inhærentes, professionem fidei a Pio IV. et Pio IX. præscriptans, et in futurum recitandam, ab omnibus hujuscce primi Concilii Torontini Synodalibus, debite emittendam esse, nos patres Concilii statuimus et jubemus.

Cum fides initium sit et fundamentum salutis, atque inter omnes pastoralis officii sollicitudines, illa potissimum prima esse debeat, ut fides catholica, quam Sancta Romana Ecclesia tenet et colit, incorrupta in hac provincia integraque permaneat, et omnes illam puram illibatamque custodiant; nos in hac synodo provinciali hinc præcipue exordium duximus ut eamdem sanctam et catholicam fidem quam corde credimus una oris confessione profiteamur. Quocirca sacrosancti œcumenici Concilii Tridentini decretis inhærentes profes-